



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

P.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Abfolui potest illa, de qua confessor nequit intelligere, vtrum peccarit mortaliter an venialiter, quamuis non possit ei persuadere quod à tali ornatu desistat: cautius tamen aget consulendo peritos. num. 25.

P A C T V M.

P A C T V M legis commissoriae positum in poenam, sine fraude vsurarum, licitum est idem si ponatur, vt elapso die perdendi pignus, esset venditum iusto pretio. cap. 17. num. 217.

P A P A.

P A P A quo puncto est iste electus, habet confirmationem à Deo immediatè, & habet eandem plenitudinè potestatis, quam post coronationem. cap. 27. num. 147.

Papa sumit immediatè iurisdictionem à Christo super vniuersos Christianos. cap. 27. num. 13. & 263. §. Præfatus.

Papa non habet iurisdictionem super se, neque super successorem suum: neque dat iurisdictionem suo confessario. addit. Nou. cap. 27. num. 263. §. 4.

Papa

Papa nulli homini, neque legi humane subiicitur quoad pœnam: unde non potest excommunicari. Nam neque propter hæresim (si in eam incideret) incidit in excommunicationem humanam: sed in aliam diuinam. cap. 27. num. 13.

Papa potest multa iura iure naturali & diuino competentia ex iusta causa restringere, limitare, declarare; neque ob id dicitur tolli tale ius. addit. in Nou. cap. 27. n. 263.

Imò etiam potest restringere ius Episcoporum, quod de reseruandis sibi casibus habent, & dare facultatem aliis sacerdotibus, ut ab eis absoluant. ibidem.

Potest facere, ut parochiani non teneantur confiteri proprio parochiano, sed quod cuiuslibet Sacerdoti approbato etiam religioso confitentes non teneantur reiterare confessionem, etiam si sine licentia parochi confiteantur, sed quòd intelligantur cum tali Confessione rite facta satisfacere præcepto Ecclesiæ: & contrarium dicere sapit hæresim Ioannis Poliaci olim damnati. additum in Nou. cap. 27. num. 263.

Papæ statuenti aliquid in detrimentum beneficiorum patrimonialium Castellæ, obediendum est, & dicere contrarium sapit hæresim Anglicanam. ibid.

Nemo neque Imperator potest spiritua-

PAPA. PAROCHVS 621.

lia, aut beneficia Ecclesiastica, etiam iuris patronatus, & quæ alia cuiuscumque qualitatis sint, & conditionis constituere, erigere, destruere, aut tollere, neque in totum, neque in partem etiam minimam, nisi solus Papa, aut ex eius commissione. addit. Nou. cap. 27. num. 13.

PARAPHERNUM; vide Bona.

PAROCHVS.

PAROCHVS Episcopo absente potest dispensare in ieiunio, cap. 21. num. 21.

Sustentandus est à Dominis terrarum (in quibus degunt discedentes à Sarracenis) capientibus redditus Ecclesiasticos. c. 25. n. 27.

Debet prædicare, & tenetur de iure diuino. cap. 25. num. 12. 1. & debet id facere saltem diebus Dominicis, & festis solemnioribus. num. 185. Habet enim facultatem conuocandi, & illam potest dare, quoad suam parochiam alteri noto, & approbato. n. 141.

Parochus non potest excommunicare. Et peccat mort. negans Sacramenta petenti, aut non dans licentiam confitendi alteri. nu. 131.

Tenetur confessionem, & communionem ministrare agroto, etiam peste laboranti.

ranti.nu. 133.

Non tenetur quotidie, nec omnibus diebus, quibus commodè posset, missam celebrare: tenetur tamen omnibus festis de precepto seruandis. Est etiam seruanda consuetudo, quæ circa hoc viguerit, ad quam tenetur parochus. nu. 134.

Tenetur infra duos menses à die possessionis, coram Episcopo, vel eius vicario profiteri fidem. nu. 136.

Parochialis Ecclesia non est prouidenda nisi per oppositionem præuio examine. nu. 139.

PARTICIPATIO. Aliquis dicitur participare alterius peccato his nouem modis, iubendo, consulendo, consentiendo, laudando, recipiendo, adiuuando, non impediendo, occultando, non manifestando. cap. 11. num. 13.

Participans peccato, non semper incurrit censuras, nec obligationem restituendi, quas principalis auctor incurrit. ibidem.

PASSIO. De passionibus animæ, vide, Anima. Penitens examinandus est circa passiones eius an sint mortales, necne: nisi aliàs id coniecerit Confessor. addit. Nouo Præf. 5. num. 11.

PATER.

PATER. MATER.

PATER potest obligare filium sub peccato mort. cap. 14. num. 2. Et peccat notabiliter negligens providere necessaria vitæ spirituali vel corporali filij. num. 17. Idem si propter avaritiam mittit filium ad hospitalia, vel ianuas Ecclesiæ. nu. 17.

Tenetur hospitali solvere expensas, quibus ibi nutritus fuit filius eius, nisi excusetur ob paupertatem. cap. 16. nu. 48. Tenetur alere filium post tridennium. cap. 14. num. 17.

Peccat mort. nolens filias etiam spurias dotare, cum possit. Idem si consulit matrimonium filio emitrenti votum continentiae & religionis in ætate sufficienti. nu. 17. cap. 14.

Item si patitur amari filiam ob malum finem, vel non separat eam à malis sodalibus. Vel patitur impudicè & enormiter tangi ab sponso. nu. 18.

Potest vendere filium etiam inuitum, propter necessitatem. Potest etiam donare filio laboranti in paternis bonis tantum quantum extraneo, idque extra legitimam. cap. 17. num. 88. & 144.

Tenetur

Tenetur restituere accipiens sibi, vel alteri ex bonis filij castrensibus, vel quasi castrensibus, vel fructibus eorum. Idem si accipiat aliquid, quoad proprietatem de bonis aduentitiis filij familiars: & etiam administrando ea tam malè, vt notabiliter laedantur. Quo casu tenentur fratres mortuo patre resarcire; Si verò pater habebat vsu fructum, & non damnificauit proprietatem, sed solum fructus, nec ipse, nec fratres tenentur restituere. num. 151.

Peccat mort. inducendo filium per motum etiam reuerentialem, vel per fraudem, vt renunciet legitima, & tenetur restituere. cap. 17. nu. 152.

Potest minuere filiis legitimas per contractus verè onerosos, & per donationes remuneratorias. Item potest, dum viuit, largiri in veras eleemosynas, ea quæ pertinent ad salutem animæ. cap. 26. nu. 39.

Mater peccat mort. si notabiliter negligit deligere nutricem bonam, vel curare bonam pueri educationem, vel vsque ad triennium non ministrat ei necessaria. Peccatque venialiter non lactans filium proprio lacte sine iusta causa: quæ si adsit, non peccat. cap. 14. num. 17.

PAUPER.

POTEST sua debita incerta in partem vel in totum sibi applicare, maximè de consilio Confessarij. cap. 17. num. 93. Sub nomine pauperis etiam intelliguntur monasteria, Ecclesiæ, pia opera, pauperes mendicantes & alij egeni. his possunt restitui res incertæ. ibid.

Pauper fictus tenetur restituere eleemosynam acceptam, non danti, sed pauperibus. Quod magis confirmatur in Nouo, variis argumentis. cap. 17. num. 108. vide tit. eleemosyna.

PAUPERITAS. vide Religiosus,

PECCATVM I.

in Communi.

PECCATVM per metum factum est involuntarium secundum quid, sed tamen est peccatum. Præl. 7. num. 17. in Antiquo.

Non omne peccatum ideo malum, quia prohibetur prohibitione humana: Secus de prohibitione legis æternæ. Præl. 7. num. 18. Nou. num. 12.

R r Ew

Ex actu malo interiori & exteriori vnum peccatum fit in genere moris, quamuis plura sint in genere entis. Præl. 7. num. 23. No. num. 9.

Peccati reatus est obligatio nata à peccato, ad pœnam subeundam, ob mortale quidem ad pœnam æternam, & ob veniale ad temporariam: vnde reatus est filius peccati. Præl. 7. num. 25. Nou. num. 21.

Item reatus peccati ad triplicem pœnam tendit. Nam ob offensam rationis habet remorsum conscientiæ: ob offensam Dei, pœnam æternam, vel temporariam: ob offensam legis humanæ, pœnam illius legis. ibid.

E Peccatum est duplex. Alterum originale, quod est carentia iustitiæ originalis transmissa ab Adam per virtutem seminalem. Eius effectus sunt rebellio quædam viriû inferiorum contra superiores. Eius pœna est exclusio à vita æterna. Præl. 8. num. 5. 8.

F Alterum est peccatum actuale, hoc est, quod non est originale. Et est duplex, mortale & veniale. Præl. 7. num. 25. 27. Præl. num. 6. peccatum actuale est multiplex, si ordinetur in fines plures, & malos. Præl. 9. num. 17.

G Peccatum contra plura præcepta, quorum vnum est generale, alterum speciale, inclusum in generali est vnum: secus si sit contra

tra duo præcepta distincta, vt quando in eodem die occurrunt duo præcepta ieiunij. cap. 11. num. 4.

Qui committit vnum peccatum, ex quo alia sequuntur: vnum tantum peccatum committit. ibid.

Peccata differunt specie penes obiecta, & fines. num. 17. Peccatum factum ex confidentia veniæ leuius est. cap. 6. num. 4. Licetum est gaudere de bonis effectibus subsecutis ex peccato: non tamen de peccato. cap. 11. num. 46.

PECCATVM
mortale

EST dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam Dei. Lex autem æterna est summa Dei ratio, qua iam in se ab æterno cuncta ordinauit, & post mundum creatum omnia gubernat. Præl. 7. num. 5.

Quidquid est contra legem, & rationem naturalem, est contra legem æternam: non tamen è contrà. ibidem.

Peccatum aliquando potest remitti sine dolore formali. cap. 1. num. 6. 10. 13.

Voluntas peccandi mort. cum hac conditione

R r 2 rione

tione *Si Deus non prohibuisset*, non est mort.
cap. 17. num. 4.

Peccatum in spiritum Sanctum est contra bonitatem, qua spiritus Sancto attribuitur. Et est sextuplex, Desperatio, Præsumptio, Impœnitentia, Obstinatio, Impugnatio veritatis agnitæ, Invidia fraternæ gratiæ. Dicuntur irremissibilia, non quia non possunt remitti, si adsit vera pœnitentia de eis: sed quia secundum suam naturam repellunt principia & media, quibus remittuntur peccata. cap. 23. num. 126.

PECCATVM III. Veniale, est præter legem, & non contra legem. Sed sic contra legem æternam. Præl. 7. numer. 16. Requirit dolorem formalem, vel virtualem, & potest esse dolor de vno, & non de alio. c. 1. nu. 16.

Potest validè absolui à religioso non habente facultatem à prælato. Imò licet, dîmodo non sit illi prohibitum per statutum religionis, vel mandatum Superioris. cap. 4. num. 1.

Peccatum veniale nunquam est licitum, nec ad vitandam proximi mortem. cap. 14. num. 3. l. lit. D. Nouo num. 32. §. 8.

Potest remitti sine mortali. No. cap. 3. nu. 7.

PECVLIVM. vide Bona Castrensia. Pecunia, vide tit. moneta.

A PENSIO est ius spirituale, aut illi annexum.

PENSIO. PERCVSSIO. 629.

non antecedenter ut ius patronatus, sed dependenter, vel consequenter ad instar beneficij. cap. 23. nu. 111. ad 13.

Pensio solita constitui super beneficia Ecclesiastica, non potest emi, vel vendi. *ibid.* vide Simonia I I.

Potest emi gratis sine auctoritate constituentis, non tamen redimi anticipata solutione sine auctoritate Papæ: & redemptio erit nulla, & non obstante ea potest exigi pensio pro annis, quibus anticipata est solutio. *cap. 23. num. 111. ad 13.*

Filius illegitimus clerici non potest habere pensionem super beneficiis quæ pater eius obtinet vel alias obtinuit. *cap. 25. num. 117.*

Non peccat coniugatus, qui auctoritate Apostolica accipit super beneficiis pensiones necessarias ad sustentationem sui status. *num. 119.* Potestque quis frui pensione à Papa sibi concessa, quamvis non seruiat Ecclesie. *ibidem.*

Non est imponenda super fructibus Episcopatus habentis tantum summam mille ducatorum, nec parochialibus non excedentibus centum. *num. 137.*

Pensionarius personaliter consentiens constitutioni pensionis, si non soluit eam statuto die, incidit in censuram, etiam ante

R r 3 inti

intimationem litterarum ; secus si confertur per procuratorem. cap. 27. num. 272.

P E R C V S S I O.

- A **P**ercussio clerici est triplex, Enormis, Mediocris, Leuis. Enormis est percussio violenta, qua quis deformatur, vel fit membrum inutile, vel quasi inutile ad suum munus: & illa, ex qua effluit multum sanguinis (exceptis naribus vel alia parte, et qua facile erumpit sanguis) & illa, quae fit in proprium Episcopum vel Abbatem, vel
- B causat magnum scandalum. Non est idem iudicium de quolibet excessu notorio, etiam facto in foro iudiciali, coram iudice, vel in Ecclesia, aut dormitorio, in facie vel oculo; nisi talis generet magnum scandalum. cap. 27. num. 92.

De percussione mediocri & leui habetur in extrauaganti cuiusdam summi Pontificis, qui fuit ante Innocentium I V. cuius tenor est hic.

Per ictis, &c. Respondemus, percussorem leuem esse pugni, palmi, manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, qua nullam maculam, neque sugillationem carniū relinquit, neque abscindit membrum, sine effractione dentium, sine auulsione multorum capillorum, sine effusione

sione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere quòd huiusmodi leuis percussio, ut pugni, aut unguis, fiat atrox ob multi sanguinis effusionem. Ad iudicandum tamen qua sit leuis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non solùm factum, sed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi, & ledendi cum omnibus suis circumstantiis loci, persone, & aliis. Persona si est magister, iudex, prelatus, pater, patronus, aut dignitas, percussus iniuste à subdito, aut ab alio se vilitati. Quia ex hoc interdum censentur graues iniuria, qua ex se sunt leues, aut mediocres. Et quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, ut declares, qua sit leuis, aut enormis iniuria: Admonentes, ut potius declares in dubio esse percussionem grauem, & ab ea non posse absolueri, quàm declarando leuem occasionem præbeas ledendi statum Ecclesiasticum.

Non est intelligenda in hac materia percussio leuis venialis, quæ non inducit excommunicationem: sed percussio leuis mortalis, quæ inducit illam censuram: dicitur autem leuis, quia licet sit mortalis, est tamen minor quàm enormis, & mediocris. cap. 27. num. 91.

Persona cuius arbitrio relinquit Pontifex harum percussionum censuram, potest esse

R r 4 esse

esse non solum Episcopus, sed etiam confessor. num. 91.

Percussio grauis eadem est, quæ enormis ibidem.

A percussione graui seu enormi clerici solus Papa absoluit. A mediocri etiam Papa sed aliquando potest Episcopus, ut cum sunt clerici simul viuentes in collegio: aut si tutor, executor, merinus, aut alius minister custodiens fores, & cohibens homines inferat manus clerico, absque intentione laedendi, & licet non sine culpa, tamen leuiter, aut mediocriter. Possunt absolui à suo prelato Religiosi percipientes mediocriter, aut leuiter, clericum: A percussione leui Episcopus absoluit. cap. 16. num. 8. & cap. 27. num. 92. Secus si sit à ministro Iustitiæ. num. 78.

Peccat mort. clericus, aut religiosus, qui præ ira percutit se ipsum, & est excommunicatus. Secus si ex deuotione, aut luctu, ob mortem parentum, vel amicorum leuiter se flagello aut manu percutiat: non tamen potest consentire, ut ista ob hunc finem ab alio ei inferantur. cap. 15. num. 11.

PERMISSIO. Non peccant qui pueris ad vitia procliuius permittunt occasiones labendi, ut comprehensi vtilius castigentur. cap. 24. num. 13.

PERMUTATIO. Quod habetur per permu.

permutationem, non succedit loco rei permutatæ. cap. 17. num. 50.

Ad iustitiam permutationis non requiritur quod res permutanda sit iam in rerum natura, & in dominio eius, cum quo res alia permutatur. num. 283. lit. C. Nou. num. 285.

PERTINACIA est credere aliquid non paratus corrigi ab Ecclesia. cap. 11. num. 22.

PEREGRINVS Clericus non debet admitti ad officia diuina, sine litteris commendatitiis. cap. 25. num. 68. ipse tamen si celebret in occulto, non peccat. cap. 27. num. 153.

PERIVRIVM.

Dicens aliquid falsò, & adiungens, *hac mihi faciat Deus*, vnum tantum peccatum committit. cap. 12. num. 1.

Iurans falsum scienter, est periurus, quicumque de causa id faciat. num. 5.

Iurans falsum non aduertens, sed ita dispositus, ut, si aduerteret, etiam iuraret, ob prauam consuetudinem, periurus est: Communiter tamen veniale est iurare falsum, non considerando an sit falsum necne. numer. 16.

Iurans falsum per ignorantiam crassam, credens esse verum, peccat mort. Si tamen

R x § adhi.

adhibuit aliquam diligentiam, sed insufficientem, peccat venialiter: Si verò adhibuit debitam, non peccat. *ibid.*

Iurans verum, credens esse falsum, aut iurans nesciens an sit verum, peccat mort. num. 7.

Iurans verum, secundum mentem suam, & non iuxta mentem interrogantis iudicis competentis, seruantisque iuris ordinem, aut se offerendo ad iurandum iurat sic, peccat mort. Secus si iudex non est competens, aut non seruat ordinem iuris, vel extorquetur iuramentum ab homine priuato per metum, vel importunitatem. num. 8.

Qui meru compullus, iurat iuxta mentem suam, non peccat, nec tenetur ad amplius quam intellexit. num. 9.

Vxor adultera iurans marito se non esse ralem, eo quòd persuasa sit quòd egerit pœnitentiam, peccat. Secus si compulla fuit ab eo ad iurandum. num. 18.

Iurans falsò se non habere rem ab alio petitam, peccat mort. si tenetur dare: Secus si non tenetur. num. 18.

Iurans tempore pestis verum iuxta mentem suam ad portas ciuitatis, & non iuxta mentem interrogantis, peccat mort. nisi custodes falsò crederent aliquam urbem esse peste infectam, aut respondens rationabiliter

ter crederet se, neque aliquid suum, peste esse infectum. num. 19.

Scholastici qui alloquuti sunt oppositores citra subornationem, & postea iactant se non alloquutos eos, non peccant. num. 19.

Iurans sine animo adimplendi, peccat mort. num. 12.

Iurans latroni se ei daturum centum aureos, non tenetur eos soluere, si intra se intellexit, *si teneor*, & tamen aliàs non debet, num. 14.

Iurans facere aliquid, credens, se non posse præstare, peccat mort. Secus si credit posse illud præstare, & facit quod in se est, quamvis postea non præstet. Peccabit tamen si transacto tempore statuto, quam citissime poterit, non præstet. num. 22.

Iurans se habiturum aliquid sub secreto, & postea manifestat, ubi & quando occultare tenebatur, peccat mort. Idem de inducente ad violandum huiusmodi secretum. num. 23.

PIETAS Filiorum erga parentes, vide Filius.

PIGNVS.

Creditor vtens pignore sine voluntate debitoris, cum notabili damno eius, peccat

cat mort. & est furtum: & si cum voluntate eius est usura. Nisi usus sit talis qualis gratis inter amicos conceditur, sicut liber. cap. 17. num. 203.

Creditor tenetur computare in sortem fructus pignoris deductis expensis. Et peccat utens usu, vel fructu pignoris cum peccato non computandi in sortem; potest tamen deducere impensas legitimas. num. 205. 206.

Tenetur creditor computare in sortem fructus, quos debitor non colligebat, nec colligere putabat. Idem si sua solerti industria ter tantos fructus colligit, quam debitori cogitabat. cap. 17. num. 216.

Dominus directus prædij, accipiens in pignus prædium emphyteuticum, non tenetur computare fructus in sortem, sed accipere eos sibi, concurrentibus tribus.

I. Quòd nil aliud debitum ex contractu emphyteutico præter fructus accipiat.

II. Quòd illud prædium nõ sit effectum melius, seu melioratum ab emphyteuta.

III. Quòd emphyteuta dominium utile emphyteutis gratis aut ferè gratis obtinuerit, ut communiter feudatarius solet obtinere. Nam siue ille siue feudatarius ad obtinenda sua utilia dominia soluit magnam summam pecuniæ, non potest dominus directus

rectas capere sibi fructus, saltem quando pensio, siue responsio pro eis soluenda longe minor est fructuum valore. Sed tanto plus ex fructibus retinere poterit, quanto minus pretium iusto, dominus utilis directo dedit. Eisdem conditiones debet seruari. **D**e Dominus directus in pignus accipiens pradium feudale, si non vult computare fructus pignoris in sortem. **218.**

De emente pignus amissum ob vsuras non solutas, idem est ac de emente rem alienam. **num. 265.**

Qui misit pignus per nuncium non habet bitum pro fideli, cuius dolo, vel culpa periit, tenetur restituere; secus si misit illud per nuncium communiter habitum pro fideli. Nam pignus quomodocunque pereat, Domino perit, nisi interueniat dolus, pactum, culpa vel mora. **cap. 17. num. 185.**

Creditor tenetur restituere, si eius dolo, vel culpa lata, vel leui pignus periit, vel notabiliter damnificatur, secus si culpa leuissima, vel casu fortuito, modo non precedat mora; nec pactum, quod pignus, quocumque modo periret, debitori periret. Idem de paciscente cum debitoribus, quod eo non solvente ad certum tempus, pignus sibi cedat, vel ne post certum diem redimi possit, nisi pactum fiat in poenam debitoris, vt habeatur pro

pro vendito iusto pretio. num. 204. 217.

Idem de creditore pacifcente, vt venderetur pignus non soluto debito intra certum tempus, & priusquam venderet, non notificat debitori. Licet sit pactum non vendendi pignus, tamen trina monitio triduo interposito facta, vt soluat, vendi potest. Si vero nulla praeesset mentio de vendendo, vel non, vnica denunciatio sufficit. transactis duobus annis propria auctoritate possit vendere, non tamen prius sine auctoritate iudicis. num. 204.

Licitum est pactum legis commissoria, positum in poenam sine fraude usurarum. idem si ponatur vt elapso die soluendi, pignus esset venditum iusto pretio. num. 217.

Si creditor bona fide, minus quam debetur, vendidit pignus, reliquum potest a debitore petere: si plus vendidit, tenetur restituere. Pignus autem retineri potest, donec soluatur debitum integrum. Quod si non soluatur debitum tempore praefinito, potest pignus alteri pignori. num. 205.

Peccat qui vasa sacra, libros, & ornamenta Ecclesiae pignorat, nisi ob redemptionem captiuorum, subuentionem pauperum, & alia multum necessaria Ecclesiae. num. 205.

P I R A T A. vide Naufragium.

P O E N I T E N S, non tenetur singulorum pecca

peccatorum cuiuscumque speciei in particulari reminisci, quoad effectum dolendi. cap. 1. num. 25. Sed sic quoad effectum confitendi ea per species, circumstantias, & numeros. ibid.

Non quotiescumque poenitens confitetur sua peccata, detestatur illa virtualiter vel formaliter. stat enim quod confiteatur sine legitimo dolore. num. 41. Nou. num. 48.

Quando poenitens non potest confiteri circumstantiam peccati sine infamia sui complices, debet procurare alium confessorem. Hac tamen non est sufficiens causa confitendi alieno confessori: & minus ad communicandum sine praevia confessione. cap. 7. num. 5. 6.

Non est sufficiens causa confitendi alieno Sacerdoti, quod parochus habeat maiorem sollicitudinem de illo, & minorem estimationem. Nec pudor est sufficiens, nisi sit adeo magnus, & poenitens constituatur in periculo tacendi aliquod peccatum. numer. 9.

POENITENTIAE virtus generaliter est nolle facere, aut fecisse, aliquid iam a se factum: & fit vel sine dolore ut in Beatis, qui poenitent de peccatis absque dolore: vel cum dolore, ut in viatoribus. Præl. 10. nu. 1. c. 1. num. 2.

Semper

17.
vende
tra ce
ret, no
um non
onitio
endi po
de ve
fficie
torit
aucto
iffonia
ararum
ndi, pi
m. 2. 17.
a debe
st a de
ur resti
de nec
l si non
potest
namer
ionem
um, &
a. 204.
alorum
pecca

Semper fuit necessaria ad salutem his qui peccauerunt mortaliter, vt declarauit Trid. Præl. 10. num. 2. 3.

Et iure naturæ est necessaria vt medium cap. 1. num. 28.

P O E N I T E N T I A
Sacramentum.

AP O E N I T E N T I A proprie significat pœnitentia virtutem. transfertur tamen ad significandum Sacramentum pœnitentiæ, & penam à confessario impositam. Præl. 10. n.

Pœnitentia ergo est *Sacramentum absolutionis, quo sacerdos sibi consistentem ritè & legitimè, absoluit.* cap. 22. num. 11.

Eius forma est, *Ego te absoluo*, quasi materia sunt tres actus pœnitentis, Contritio, Confessio, Satisfactio. Præl. 10. num. 4. & cap. 22. num. 11.

Incepit à passione Christi. Præl. 10. num. 13. Nou. num. 4.

Ad Baptismum & Pœnitentiam requiritur dolor propter Deum, & non quiuis alius. Et baptizandi, sunt inducendi ad hunc dolorem: & errant qui baptizant Indos sine tali dolore, qui censentur contritio; & multo magis qui baptizant eos, eò solum, quod petunt

petunt baptizari ob manuscula, quæ sperat.
c. 1. num. 36. 37. 39.

Hic dolor sufficit ad Baptismum vt sit generalis omnium peccatorum mortalium, adducendo ad summum aliqua eorum, non descendendo in particulari ad omnes species. Ad Pœnitentiam requiritur dolor magis specialis, recolendo omnes species peccatorum, & de illis speciatim pœnitendo. Non tamen tenetur hunc dolorem ad singula indiuidua peccata applicare. cap. 1. n. 39. Nou. n. 36. 37. & cap. 11. n. 7.

Qui pœnitet in infirmitate & non antea, dubitatur de eius salute (quia tunc mille oppressus doloribus, & curis, vix potest erigere animum ad legitimam contritionem) intellige tamen de salute vera, non de præsumpta quoad concedendam illi absolutionem, & sepulturam. c. 1. n. 19. Nou. 15.

Peccat mort. qui sine contritione, vel attritione accedit ad hoc Sacramentum. nu. 37. Nou. 35.

Sacramentum pœnitentiæ verè remittit culpam mortalem. cap. 1. num. 43. lit. B. & clariùs Nou. num. 44. contra Gratianum.

Per se ordinatur ad sanandum, & per accidens ad sanitatem conseruandam. cap. 1. num. 43. lit. c. Nou. num. 43.

Circa pœnitentiã, definiuit Trident. sub
S f anathe:

anathemate. sess. 14. hæc sequentia.

I. Quod pœnitentia semper fuit necessaria ad veniam peccati mortalis. II. Quod, Sacramentum pœnitentia numquam fuit ante aduentum Christi, neque ante eius mortem, & resurrectionem. III. Quod postea nihil prodigi non baptizato. IIII. Quod fuit institutum à Christo Domino per illa verba. Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata: &c. V. Quod fuit institutum ad reconciliandum Deo peccatos mortaliter post baptismum. VI. Quod est verum, & propriè Sacramentum, & est distinctum à Sacramento baptismi, & ideo vocatur secundè tabula post naufragium. VII. Quod verba illa Quorum remiseritis &c. intelligenda sunt de potestate remittendi peccata. VIII. Quod ad veram pœnitentiam requiritur contritio, confessio, & satisfactio tanquam eius partes, & partes. IX. Quod solus Episcopus, & presbyter habent potestatem absoluedi, & non alij, & licet sint mali, non tamen perdunt eam. X. Quod sunt iudices ad verè absoluedum. c. 22. n. 11.

P O E N I T E N T I A
solennis.

PRo mortali grauissimo imponebatur olim pœnitentia septem annorum. cap. 26. num. 27.

P O E N A . Qui propter delictum luit in corpore , eo quod non habet in aere, non tenetur ad pœnam pecuniariam, quamvis perueniat ad pinguiorem fortunam.

Pœna legis non debetur in conscientia ante condemnationem iudicis. cap. 17. nu. 13. Idem de pœna exclusionis à collegio, vel municipio. c. 23. num. 63. & etiam in pœna conuentionali quam pœnitentes ibi imponunt. nu. 67. at verò pœna excommunicationis, & alia quæ non requirunt executionem, incuruntur ipso facto. ibid.

Peccat qui occultè accipit aliquid ob pœnam, quæ non debetur illi ante condemnationem. cap. 17. num. 14.

Idem in iis, quibus velut ad correlatiua bene potest extendi pœna. cap. 22. num. 74.

Reges & iudices sæculares principaliter respiciunt pœnas temporales, quas infligere, & tollere possunt: & non spirituales, quas nec infligere, nec tollere possunt etiam ministerialiter, c. 23. n. 54.

Pœna non semper præsupponit peccatum aut culpam. n. 56. Et pœna comissi iuste potest capi, si iuste fuit imposita, n. 64.

Quamuis in rebus paruis temporalibus iuste posset imponi pœna incurrenda ipso facto, absque alia executione, non tamen in grauib. num. 66.

Si 2 Pactum

Pactum conditionale potest obligare ad poenam ipso facto. Hæc tamen non habet locum in poena conventionali, quam partes sibi imponunt. n. 67.

Pœna imposita à testatore incurritur ipso facto, quia potius est legatum conditionale. ibidem. poena potest extendi ad similes casus. cap. 22. num. 74.

POLLUTIO.

COMEDENS nimis, vel edens cibos clidos, ex quibus venit pollutio, nõ peccat mort. dũ modò non comedat eos eo sine. c. 7. n. 5. lit. L. Nou. n. 15. c. 16. n. 8. 9.

Non peccat non cessans ab opere, à quo cessare non tenetur, quamvis timeatur subsequutura pollutio, dũ modò nõ sit periculum consentiendi in eam. Tale est opus prædicationis, studij, confessionis &c. in quibus necesse est audire, tractare, vel legere, res laticias: aut munus cursoris veredarij, in quo solet caro stimulis concitari: si enim probabiliter creditur, nullatenus futurum committitur, quamvis pollutio eueniat, non tenetur omittere illa opera: secus si timeatur periculum consentiendi. c. 16. n. 7.

Peccat mort. qui procurat pollutionem: vel placet de ea: vel non impedit eam. potens & debens

debēs: & qui se probabili periculo pollutionis exponit per cogitationes, aut delectationis carnalis affectum: aut per cōuersationes vel tactus turpes ad eam prouocantes, potens & debēs ab eis se auertere, aut comedēs, & bibēs aliquid, vt eueniat sibi pollutio, quamuis id faciat ad exonerandam naturā. c. 16. n. 6. Non tamen peccat complacens de pollutione sequuta, ob leuamen naturā, idque in somnis: nec qui ob eundem finem desiderat eam, dummodò tale desiderium non sit causa pollutionis. n. 7. 9.

Medicus potest desiderare, vt pollutio eueniat infirmo inuito. c. 7. n. 16.

Qui habet voluntariam pollutionem, & simul memoriam alicuius personæ, cum qua desiderat explere libidinem illā, duplex peccatum committit, molliciem scilicet & circumstantiam illius personæ, quam desiderat: Et qui simul cum pollutione voluntaria recordatur, & desiderat virginem, viduam, nuptam, cognatam, & monialem, committit simul molliciem, stuprum, fornicationem, adulterium, incestum, & sacrilegium. c. 7. n. 6. & etiam in Nou. c. 6. n. 18. §. 5.

Non est peccatum saltem mort. pollutio incepta in somnis, & finita in vigilia, imò incepta in semiexcitato, vel semidormiente, dummodò ratio non consentiat. c. 16. n. 8.

Sf 3

Tactus

Tactus impudici inter coniugatos cum probabili periculo pollutionis sunt mortales. num. 42.

Aspicere fœminam nudam, vel fœminam virum nudum cum periculo pollutionis, est mort. cap. 26. num. 28.

P R A E C E P T V M.

Praecepta decalogi continent venialiter non tamen expressè omnia, quæ faciendâ sunt, & expressè summam eorum. cap. 11. num. 1. Atque perseverant adhuc in lege Evangelica. num. 2.

Quicquid est contra praecepta decalogi regulariter est mortale, nisi excuset defectus deliberationis, vel paruitas materiae, vel defectus iustitiæ. num. 4.

Præceptum de diligendo Deum, de fide, & de charitate, non continetur in Decalogo, sed præsupponitur. Prohibetur tamen in primo præcepto expressè Idololatria, & superstitio. num. 5.

Omnia præcepta decalogi possunt impleri quoad substantiam, ab existente in mortali. num. 23.

Præcepti finis non est in præcepto. cap. 13. num. 2.

P R A E D I C A T O R.

PECCAT mort. in concione sciēter nar-
rans miraculum falsum, aut miracula
incertā, aut prophetiam per sacram Scriptu-
ram non approbatam, aut ex industria fin-
gens vitā alicuius sancti aliter quā sit. cap.
18. num. 5. & cap. 25. num. 142.

Item qui aduertens se esse in mortali præ-
dicat, & concionatur sine debita contritio-
ne. Et qui aduertens concionando mentitur
circa doctrinam fidei, vel morum, vel circa
Sanctorum vitas, & miracula. num. 141. Qui
verò miscet in concione aliquid ridiculum,
venialiter peccat communiter loquendo.
num. 142.

Peccat mortaliter qui publicè concionatur
absque legitima aetate, ca. 25. n. 141. Et reli-
giolus, qui concionando nominatim detra-
hit Prælati Ecclesiæ, & Sacerdotibus, præ-
fertim, ut placeat laicis, contra quem lata
est excommunicatio per Concil. Lateran. sub
Leone X. Idem de concionatore sæculari
quoad peccatum & non quoad censuram,
num. 142.

Quoad prædicatores statuit Trident. sess.
5. c. 2. hæc sequentia.

*Nullus regularis predicet in Ecclesiis sui or-
dinis, nisi prius examinatus & approbatus à*

Sl 4 juo

suo Superiore de vita, moribus, & scientia, & licentia ab eo petendo. In Ecclesiis vero, qui sui ordinis non sunt etiam licentia Episcopali necessaria erit. Episcopi etiam neminem regularem extra claustra uiuentem, nec sacularē Sacerdotem predicare sināt, nisi eis noti sint, & moribus, & doctrina probati, etiam cuiuscumque privilegij prae-textu. Nullus secularis, nec regularis etiā in Ecclesiis sui ordinis predicet contradicente Episcopo. Episcopi autem singulis dominicis, & festis sollemnibus diuinam legem per se in suis Ecclesiis suis predicent, vel si legitime impediti sint per deputatos ab eis. In aliis uero Ecclesiis per parochos, vel alios. Tempore uero aduentus & Quadragesima quotidie, uel saltem triduo diebus ex hebdomada, legem diuinam, & sacri scripturam annuncient, & festis diebus pauca doceant doctrinam Christianam, & obedientiam erga Deum, & parentes. Ministrantes Sacramenta, etiam si sint Episcopi, ijs qui ea suscipiunt, illorum vim & usum explicent, & inter Missarum sollemnia, uel alia diuina officia ueraculo lingua festis diebus legem diuinam populo exponi curent, postpositis inutilibus questionibus, quae non edificant. Res item incertas, aut speciem falsi habentes, proponi non permittant, & curent predicari doctrinam ueram de Purgatorio. Omnes curam animarum gerentes per se

se, vel per alios, aliquid ex his quæ in Missa leguntur, dominicis & festis exponant, & mysterium Sanctissimi huius Sacramenti declarent. c. 25. n. 143.

PRÆLATVS.

PRÆLATVS Ecclesiæ est dispensator bonorum eius. c. 17. num. 28.

Prælatus religiosorum habet iurisdictionem quasi Episcopalem ca. 12. n. 75. Potest securè dispensare in ieiunio cum suis religiosi: non tamen debet relinquere conscientiam subditi petentis dispensationem. c. 21. n. 21. 22. Potest securè iniungere inferiori munus audiendi confessionem, si eum iudicat idoneum. cap. 4. n. 6.

Non potest subditum obligare ad ea quæ sunt contraria præceptis Dei, Papæ, & aliorum superiorum: nec ad actus merè interiores, ad quos nec eius potestas se extendit: nec sunt necessarij ad implenda exteriora præcepta; nec ad actus spirituales respectu Superioris laici, nec ad reuelationem peccati omninò occulti. cap. 23. nu. 38. Nec ad iterationem confessionis legitimæ: nec prohibere allocutionem cum Superiore, qui est, etiam Superior prohibentis. nec obligare ad

Si s alperita

asperitatem, ad quam regula expressè, aut tacitè non extenditur, nisi in poenam delicti commissi: nec ad impertinentia ordinis, & regulæ, sicut leuare paleam à terra: Sed non est contra regulam aliquid ab eà iussum, in quo Prælatus dispensare potest, vt si iubetis subdito non ieiunare tali die, nam subditus obedire tenetur. num. 39.

Prælatus potest dispensare circa numerum Missarum, si fuerit exorbitans, vel elemosinis impar. cap. 15. num. 138.

Quomodo possint Prælati dispensare cum suis circa irregularitatem, vide Irregularitas. X.

P R Æ S C R I P T I O, canonica, id est, incepta & continuata bona fide. c. 17. n. 85.

P R Æ S Y M P T I O, Peccat mort. qui est irreuerentia notabili Dei, vel cum damno notabili proximi suscipit exercere officium, quod nescit. c. 23. n. 14. Idem de procuratore illud, sine malo, & sine animo consulendi peritos: secus si sine bono, & cum tali animo. num. 15.

Peccat mort. qui confidit se gloriam consequitur sine meritis, vel cum merito adque gratia Dei, & qui confidit se non amissurum gratiam, nec puniendum quantumcumque peccet. num. 14.

Peccatum est contra Spiritum sanctum præsum

presumptio, qua impeditur bonus timor: dicitur irremissibilis, non quia non possit remitti si adsit vera contritio, & poenitentia, sed quia suapte natura repellit media, & principia, quibus remittuntur peccata. Hæc & alia peccata in Spiritum sanctum sunt gravissima, quoties pars Superior animæ consentit in eis: alias solum sunt venialia. Quia surreptio in omni materia excusat à mortali. num. 126.

P R E T I V M.

P R E T I V M rerum iustum est triplex: Primum, medium, summum, cap. 17. num. 228. c. 23. num. 73.

Pretium non augetur; nec minuitur per dilatam solutionem. cap. 23. n. 82. Nec augetur periculo recipiendi rem creditam. n. 81. Augetur tamen utilitate venditoris, sed non utilitate, vel necessitate emptoris. n. 78. & 83.

Pretium rerum augetur paucitate venditorum, & minuitur copia eorum. n. 84.

Quid sit pretium, aut quomodo taxandum, aut quomodo peccatur per illud, videtur. Emptio. 1.

Circa pretium censûs edidit Pius V. sequentem Extravagantem.

Pius

Pius Episcopus, &c. Cùm onus Apostolica
seruitutis obeuntis, recognouerimus innumeros
celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum
contractus, qui nedum non continentur intra
limites à nostris antecessoribus eisdem contra-
ctibus statutos: verùm etiam, quod deterius est,
contrariis omnino pactionibus, prater arden-
tem auaritia stimulum, legum etiam diuina-
rum manifestum contemptum pra se ferunt,
non potuimus animarum prout tenentur sa-
luti consulentes, &c. saluari antidoto non
mederi.

Hac igitur nostra constitutione statuimus,
censum seu annum reditum creari constitu-
ve nullo modo posse, nisi in re immobili, aut qua
pro immobili habeatur, & de sua natura fru-
ctifera, & qua nominatim certis finibus desig-
nata sit.

Rursum nisi verè in pecunia numerata pre-
sentibus testibus ac notario, & in actu celebra-
tionis instrumenti, non autem prius recepto in-
tegro, iustoque pretio.

Solutiones quas vulgo anticipatas appellant,
feri, aut in pactum deduci prohibemus. Con-
ventiones directè aut indirectè obligantes ad
casus fortuitos eum, qui aliàs ex natura con-
tractus non teneatur, nullo modo valere volu-
mus. Quemadmodum nec pactum auferens vel
restringens facultatem alienandi rem censui
suppa

suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & liberè ac sine solutione laudemij, seu quinquagesima, aut alterius quantitatatis, vel rei, tam inter viuos quàm in ultima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census aliis omnibus præferri, eique denuntiari: conditiones quibus vendenda sit.

Pacta, continentia, morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu siue aliunde adquisitum perdere; aut in aliquam penam cadere, ex toto irrita sint & nulla. Imò & census augeri, & nouum creari super eadem vel alia re in fauorem eiusdem aut persona per eum supposita, pro censibus temporis vel præteriti vel præsentis, omnino prohibemus, sicuti etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremò, census omnes in futurum creandos, non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extinguì, non obstante longissimi
etiam

etiam temporis, ac immemoriabili, imò 100. & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè vel indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscumque verbis, aut clausulis concepta sint. Cùm verò traditione pretij rei extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denuntiari, cui pretium dandum erit, & post denuntiam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti posse, & ubi pretium nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus quancumque reditum extingui posse, præuia tamen semper denuntia, de qua supra, & non obstantibus his de quibus supra, idque observari mandamus etiam quod pluries ac pluries denuntiatum fuisset, nec umquam sequutus fuisset effectus.

Pacta etiam, continentia pretij census extra casum prædictum ab inuito, aut ad penam, aut ob aliam causam repeti posse omnino prohibemus, contractusque sub alia forma post-hac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita (illis propterea non obstantibus) quicquid vel expressè, vel tacitè contra hac nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fisco volumus posse vendicari.

Hanc autem salutiferam sanctionem, nedum in censu nouiter creando, verumetiam in creato quocumque tempore alienando, modò post
publi

PRIVILEGIUM. 655

publicationem constitutionis creatus sit, perpe-
tuo, & in omnibus seruari volumus. Declaran-
tes pretium semel censui constitutum num-
quam posse ob temporum qualitatem seu aliud
accidens augeri, vel minui. Hanc legem non ex-
tendimus ad contractus celebratos, sedhorta-
mur in Domino, ut piorum censura contractus
subijciant. &c. Dat. Rom.

Primitiæ. vide tit. Decimæ.

PRIVILEGIUM.

Privilegia contra ius commune strictè
sunt interpretanda. cap. 12. num. 79. Et
ipsam ius commune continet multa priui-
legia, ad pacandas conscientias deseruien-
tia. cap. 25. num. 85. in fine. Priuilegia verò
canonis & fori pertinent ad characterem
ordinis. cap. 27. num. 202.

PRODIGALITAS est vitium incli-
nans ad appetitum inordinatum effusionis pe-
cuniæ, contrariatur liberalitati, & de se est
venialis, nisi ad damnum proximi. nam tunc
est mortalis. cap. 23. num. 69. 70. 37.

PROFESSIO, vide tit. Religiosus.

PROMISSIO.

DE promissione facta meretrici, & quo-
modo debet eam petere, vide Meretrix.

Pro

Promissio de re notabili obligat sub mort. cap. 17. num. 6. 7. Secus de promissione ficta. Peccatque mort. qui fictè promittit, si damnnum sequitur inde notabile tertio. cap. 11. num. 6.

Promissio ad mort. obligans est vera, deliberata, voluntaria, nuda, rei licita, possibilis, & notabilis, quam mutatio rerum non enervat, & comprehendit tam votum Deo factum, quam promissum homini expressum, vel tacitum. cap. 18. num. 6. Et ad promissionem sufficit, & requiritur eadem deliberatio que ad votum. num. 7.

Promissionis causa principalis, si non fuit vera, non obligat, quando promittens noluit se obligare sine tali causa. num. 6. Imò si non exprimat causa etiam vera non obligat in foro exteriori, quia præsumitur animus non se obligandi. num. 6.

Promissio nuda obligat iure naturali divino, & canonico. Metu, vel dolo extorta non obligat in utroque foro, nisi iuramentum adsit. num. 7.

Promissio rei illicita vel impossibilis non obligat: nec quando venit notabilis mutatio rei, vel personæ: vel altera pars remittit promissum: vel non implevit id, ob quod facta est promissio. num. 7.

Mutua promissio sine respectu alterius promissio

promissionis, non deobligat vnum, quamuis alter non faciat promissum, nec vice versa. *ibidem*.

De promissione facta Virgini deflorata: vide *Luxuria*.

P R O P O S I T V M virtuale vlteriùs non peccandi sufficit ob defectum temporis, vel considerationis ad veram poenitentiam, sed per se requiritur formale. *cap. 1. num. 10. 12.* & propositum satisfactionis requisitum ad Contritionem, sufficit aliquando virtuale. *num. 15. 43.* Et idem ad attentionem diuini officij, & ad conficienda Sacramenta. *Nou. num. 13.*

P R O X E N E T A, vel licitator, recipiens aliquid ad vendendum, & retinens sibi partem pretij, peccat mort. cum obligatione restituendi, nisi accipiat pro iusto stipendio: modo non promiserit se gratis venditurum. *cap. 23. num. 97.* Quòd si vendit plus quàm certum pretium, illud plus potest sibi accipere, si ea fuit mens Domini, vt illud pro stipendio accipiat: idem quando reddit sua industria rem pretiosiore, cum tamen non teneretur ad hoc, potest excessum sibi retinere. *num. 99.*

Qui iusto stipendio non contentus dixit Domino, neminem dare plusquam centum, & accepta potestate dandi vendidit pro

T t centum

centum & viginti, non potest retinere illud viginti. num. 98.

Quando committit vsuram, quid restituet, vide, Vsura. 3.

PUBLICVM, est quod patet omnibus: & est triplex, notorium, manifestum, famosum. Notorium nititur scientia maioris partis communitatis: famosum infamia orta ex vno sciente, aut ex indiciis, vel presumptionibus æquipollentibus illi. Manifestum, quod nititur fama maioris partis Communitatis orta à scientibus. cap. 27. num. 255.

Vt sit publicum sufficit esse tale viciniorum, aut Collegio, aut maiori parti eorum, si inueniantur decem, in eod. cap. 27. num. 255.

Actus qui est delictum, quamuis sit publicus, non sufficit, vt delictum dicatur publicum si alias est occultum, vt de celebrante publicè, qui occultè est excommunicatus. num. 250. Nou. 255.

PVNITIO, regulariter non debet dari alicui ex eo quo sciat delictum parari, & non indicet: fallit tamen in filio, seruo, & subdito. cap. 24. num. 21.

In **PVRGATORIO** non detinetur defunctus, donec eius debita soluantur. cap. 17. num. 68. vide etiam tit. Prædicatòr in fine.

Q V A R